

Hazánk meg a Balkán Hesperis-ei.

(Species Hesperidum Hungariae atque Haemii).

Irta: Dr. Borbás Vince. — Autore V. de Borbás.

(Polytatás és befejezés. — Continuatio et finis.)

9. *H. matronalis* L., Spec. pl. 1753, p. 663, ex iconē *Violae matronalis* Lob. Stirp. 1576, 175, Dodox. Pempt. 1583, p. 161, fig. 1 (icon eadem a LINNAEO citata!). Clus. Pann. p. 336 (eadem!), Hist. p. 297 (eadem!).

Exemplar Italicum, a cl. quondam *Grores* in dumetis montis Morrone Aprutii lectum, descriptioni, iconi atque loco a *Linnaeo* (in «Italia») indicato bene respondet ideoque typum describo:

Folia superiora quasi petioli ad instar breviter angustata, e basi ovata lanceolata, glanduloso-dentata, sensim longe acuminata, acuminis integro, *utrinque dense pilosa*, pilis simplicibus, ad margines foliorum paucis ramosis; *glandulis stipularibus*. *Inflorescentia superne tetragonona*, breviter asterotricha, subcanescens, ramis plurimiis, apice corymboso-racemosis. Pedunculi calyce + colorato, apice barbato parum longiores. + quadrauguli, extus hinc et inde glabriores. *Petala mucrone emarginata*, quod magnitudinem attinet, fere ut in *H. inodora* Rehb. Icon. II. 4378 (non L.), medioeria, purpurascens. Ovaria et siliquae glabra. Fide LINN. biennis.

Habitat in Italiae montibus.

Synon. *H. euganea* MARSIGLI in TEN. Prodr. Fl. Nap. XXXVIII.

H. matr. a) integrifolia NEUER. Fl. v. Wien 1846, p. 484, Fl. v. Nieder-Öst. 721, pro parte.

H. inodora var. *meridionalior* NYM. Suppl. fl. Enr. II. 1889, p. 24.

H. matronalis z) *eglandulosa* SPACH. Hist. VI. 1838, p. 389.

H. silvestris inodora RUPP. Fl. Jenens. ed. III. 1745 p. 78. t. 1¹) foliis superioribus petiolatis, petalis cuspidatis.²⁾

H. inodora c) *suaveolens* SCHUR. Phytogr. p. 81, non ANDRZ.

H. hortensis HALLER. Enum. pl. Göt. 1753, p. 256, absque diagn. citata *Hesperide tertia* CLUS.

Deilosma matronalis G. BECK. Fl. Nieder-Öst. 1892, p. 475.

Viola matronalis Lob., vide supra.

Varietates:

3) *H. alba* MILL. Diet. 8. 1768 no 2²) (var. *albiflora* DC. Syst. II. 1821 p. 450. *H. candidissima* Hort., Vilmorin, Blumengärtnerei. editio 3. tom. I. 1896, p. 79. *H. matron. b) hortensis* PERS. Synops. II. 1807, p. 202 fl. pleno), sed etiam corolla *H. matronalis* in descriptione *H. sibiriae* (Sp. pl. I. 663) a *Linnaeo* albida esse dicitur.

Colitur, ornamentum hortorum.

¹⁾ Leon haec certissime ad *H. matronalem* spectat, quamquam eam CRANTZIUS *H. silvestrem* optime referentem esse dicit.

²⁾ *H. alba* MILL. ex Gärtnerlex.; c. II. 1772, 486 et 487 pro max. p. eadem est ac *H. candida* KIT. (Nota autoris 15. febr. 1903).

γ) *densifolia* BORB. M. B. L. 1902, 268, internodiis abbreviatis folia densa, «recta, ovato-lanceolata, denticulata, basi cuneata, panicula thyroidea.»¹⁾

In Europa australi (*H. matronalis* RCHB. Icon. II. 1837—38, n. 4377) et culta.

δ) var. *adenopoda* BORB. M. B. L. 1902, 268, omnino typica, non nisi foliorum margines glanduliferi; inflorescentiae axe pedunculisque canescenti-pubescentibus, insuper glanduloso-villosis. Folia densa.

In Bosniae monte Vlašić ad Kajabasa, 1200 mt. s. m. jnn. 1896, legit BRANDIS.

In Tiroliae austr. Judicariis, in rupestribus prope pagum Daone, solo porphyrico-arenoso, 6—700 mt. s. m. (PORTA).

Cfr. M. B. L. 1902, p. 380. Bosniam *H. dinuricae* aseribem, nisi folia lanceolata canescenti-pubescentia basi attenuarentur et petala violaceo-purpurea sint.

Species *Hesperidis matronalis secundariae*.

10. *H. sibirica* L. Spec. pl. 1753 p. 663.

Folijs magis lanceolatis, dentato-serratis²⁾ longioribus et angustioribus, ac in *H. matronali*, pilis simplicibus paucioribus inspersis, ramosis rariss. oblongo-lanceolatis, peracuminatis. Inflorescentia stellatopuberula, pedunculis extus glabris, intus puberulis. Flores maiores, petalis purpureis, unguibus magis exsertis, obtusissimis, integris.

Saepius colitur et hortis autuga.

In fruticosis inter Petrozsény et Csetatyé boli.

Synonyma:

H. matronalis b) *sibirica* L. Syst. XIII. 501, SCHUR Phytogr. 81.

H. inodora AUTOR. mult. RCHB. Ic. II, 4378, JACQ. Fl. Austr. IV. t. 347, foliis petiolatis, sed folium separatim appositum ad *H. silvestrem* pertinet.

H. silvestris CRANTZ Stirp. Austr. 1762, 34, pro parte.

H. grandiflora Sims, Bot. Mag. vol. 53, n. 2683! 1826; *H. silvestris* var. *grandiflora* FOURN. l. c. p. 348.

H. matronalis var. *integrifolia* NEILR. l. c. p. p.

H. silvestris δ) *lanceolata* FOURN. l. c. p. 346.

H. oblongifolia SCHUR Enum. p. 52.

Observatio: autor aut fons florae sibiricae nullus a LINNAEO ad *H. sibiricam* citatur, ideoque verosimile esse videtur, ut Linnaeus herbae cultae incertae nomen *H. sibiricae* imposuerit, veluti etiam *Syringa persica* testatur, quae quoad patriam dubia a LINNAEO ita nominabatur. De siliquarum glandululis apud LINNAEUM nulla mentio. Quidam tamen LINNAEUS *H. sibiricam* pro varietate *H. matronalis* declarasset, sine dubio utraque *leiocarpa* esse debet. *H. sibirica* LEDEB. antem l. c. *adenocarpa* a typo LINNAEI valde abhorret. Etiam

¹⁾ Reichenbach: Fl. Germ. excurs. II. 1832, p. 685.

²⁾ «Dentato-ternatis» sic, in Sp. pl. II. p. 927 corrigitur.

LEDEBOUR incertam herbam pro *H. sibirica* habuit, quin diceret: «haec planta — ni fallor — vera est *H. sibirica* LINNAEI» (Fl. Alt. III. 115).

♂ var. *brevicuspis* BORB. M. B. L. 1902, 268—69 racemo laxe corymboso, pedunculis elongatis, intus una cum inflorescentiae axe stellato-puberulis. Flores mediocre, petalis apice rotundatis, calycis apice barbato. *Folia abbreviata, ovata* vel *ovato-lanceolata, serrata, acuta vel breviter acuminata*, rigidiuscule pilosa, inter pilos simplices interdum fureati quoque adsunt rari.

Inter Salonicam et Borostyánkó, ad Thermas Stubnya, ad Poprád, in ruderatis Budae-Pestini rara, ad margines silvarum prope Csuesa, in fruticosis inter Petrozsény et Csetatyé boli.

In Croatia: ad Ogulinum.

Synonyma:

H. medronalis var. *oralifolia* SCHUR, Sertum 1853 p. 7, absque diagn.

γ) var. *integerrima* BORB. M. B. L. 1902 p. 268 *foliis orato-lanceolatis, breviter acuminatis, integerrimis*. Inflorescentia et pedunculi circum stellato-puberuli.

Ad fluvium Gorja prope Svica Croatiae (L. RICHTER).

Austria infer: Puchberg (E. BRANDMAYER).

δ) var. *glabrescens* SCHUR, Phytogr. 1877, p. 81. *Folia pilis simplicibus sparsis fere glabra, margine ciliata, elongata, ovato vel simpliciter lanceolata, acuminata, superiora breviter petiolata*. Caule cum inflorescentia molliter piloso, superne paniculato-ramoso, ramis semiteretibus, extus cum pedunculis compressis glabris. Petala rubello-violacea, sepalis apice barbatis.

Inter *H. obtusum* atque *H. sibiricam* media, pilis tamen pluribus posteriori subjici.

In caecumine Mátræ, in jugo, quod ex Kékes in Saskó dueit, in caecumine posteriore (1879. jun. 22 florentem legi, dein 30 jun. 1889 el. SZÉPLIGETI fructiferam ibidem invenit. Marillae (Ogni builni: L. RICHTER).

Observ.

H. parviflora SCHUR, Enum. 1866, p. 52 «floribus paniculato-racemosis, minimis lilaceis» vix speciem constantem aut non ad *Hesperidem* spectantem sistit. Num *H. sibirica* floribus serotinis minimis? Flores serotini minores esse solent. Cl. SIMONKA¹⁾ ad *H. alpinam* reduxit.

Varietas *H. sibiricae* albiflora: *H. candida* KIR., in SCHULZ., KANITZ et KNAPP, Pflanzen Slavoniens (Verhandl. zoolog.-botan. Gesellsch. Wien 1865/66) p. 143, ab *H. nivea* BAUMG. foliis angustioribus, etiam superioribus breviter petiolatis, ovario fructuque glaberrimo diversa (cfr. not. ²⁾), p. 12 et p. 12).

Folia pilis simplicibus aspera. Pedunculi compressi, extus glabri, intus cum inflorescentiae axe breviter asterotrichi, sed infl-

¹⁾ Enumeratio florae Transsilv. p. 82.

rescentia infra pedunculos quoque glabra. Glandulae juxta pedunculares adsunt. juxta petiolares rarae. Calyx superne albo-villosus. Flores illis *H. nireae* minores, candidi.

Loco classico legi 14. jul. 1879: in silvaticis cæcuminis montis Papuk Slavoniae cum rosula innovationis basali, in convallibus ad Csereviz, Quinqueecclesias. Crescit praeterea in silva cæcuminis Pilisiensis (cum rosula), in monte Visoka ad pagum Konyha (Kuchel) cott. Posoniensis, solo eale., alt. circa 800 mt. s. m. (Degen), in cæcuminis Roszudec, Khoes et Gyömbér, in valle Stracenensi (CZAKÓ) et Felkaënsi (Kir herb.: an etiam tempore novissimo?), ad Barlangliget, Csuesa.

In Croatia: in montibus ad Zagrabiam et Podusused.

Gallia: Lyon a Linuonest (JORD.), in ruderatis arcis dirutae Farnsburg Jurae.

Jura Svevorum: in saxosis silvaticis ad Schlosshaussen (HEGELMAIER).

In Italia: in silvis montium Bussolini (BALBIS).

Synon: *H. inodora* var. *australis* Gris. Fl. Europ. 1882, p. 55.

H. silvestris ♂ *alpestris* FOURN. I. c. 347.

H. malronalis SADL. Fl. comit. Pest. II. 1826, 141 ed. 2, p. 289, non L.

H. inodora SAC. et SCHNEID. Fl. der Centralkarpath. 1891, p. 59, pro max, parte, pro minore parte tamen ad *H. obtusam* pertinere videtur.

H. inodora PAX., Grundzüge der Pfl. verbr. in d. Karpath. 1898, p. 137 pro max, parte.

H. nivea ROUY et F. Fl. Franc. II. 1895, p. 3, non BAUMG.

H. matronalis HAZSL. Éjsz. Magy. p. 123, pro parte.

β) subvar. *calvata* Borb. M. B. L. 1902, 268, foliis glabratris, superioribus basi angustatis, haud cerebre serratis, pedunculis siliquisque tenuibus, floribus minoribus ab *H. moniliformi* diversa.

In convallibus ad Csereviz et Carlovicij, ad Strazsilovo, inter Carlovicium et Görgeteg, in fruticosis ad Futak cott. Báes., ad Lipik, in cæcumine Visoka (DEGEN), in valle Stracenensi (CZAKÓ), in monte Tarkő ad Felső-Tárkány, in monte Pilis.

In Croatia: Podusused, in montibus Zagrabiae.

In Romania: in montibus ad Sinaia (THAISZ L.).

In Venetia: «distr. Udine, in valle Zelline supra Cimolais 1000 mt. s. m.» (HUTER et PORTA).

In Gallia: Beaume près Lons-le-Saunier (MONIER).

γ) subvar. *piliperda* Borb. ined. Pube sparsiore, foliis lanceolatis, angustioribus, longe acuminatis, summis quoque conspicue petiolatis, pedunculis etiam deflexis ab *H. nivea*, *siliquis autem junioribus breviter pubescentibus*, denique ± glabratris ab *H. candida* differt.

In monte Papuk (Kir. herb. fase. XXII. 150), ad Quinqueecclesias, Csereviz!, Voesi cott. Bereg (L. RICHTER), ad Barlangliget Tátræ!!

Subspecies H. Subiricae cladotrichae:

11. *H. cladotricha* BORB. M. B. L 1902 p. 269.

Perennis. Caulis reflexo-setulosus pilosusque, *folia lanceolata*. media atque superiora basi latiore breviter petiolata, *ad petiolum*



Hesperis lapsanifolia kisebbitve (diminuta).

utrinque glandula parvula, longe acuminata, summa conspicue angustiora, omnia grosse glanduloso-serrata, *utrinque furcato-pilosa*, pilis simplicibus paucioribus. Inflorescentia breviter stellato-pilosa,

hinc et inde intra pedunculum glabra, *ad cius basim glandulis singulis*. Pedunculi compressi, intus asterotrichi, extus glabri. Flores speciosi, rubello-violacei, calyx quoque violaceus, inferne glaber, apice barbatus. Siliquae tenues, elongatae, glabrae.

Habitat ad silvarum margines vallis Kazán neenon alibi ad Plavisevica, ibidem in monte Golec, ad Ogradina, Thermas Herculis, Miháld!, Ruszkica (ANDRÄ). Saepe colitur: Poprád, Borszék (DEGEN).

In Serbia: Ribenica (A. DIENER).

In Austria sup. in fruticetis ad Aistersheim (KECK!), sed verosimiliter culta.

Synon. *H. matronalis* var. *sibirica* BORB. Akad. Közl. XV, 6, 169, non L. *H. Velenovskya* DEG., Term. tudom. Közl. 1897, p. 317, non FRITSCH.

Quod longitudinem genitalium attinet, *H. cladotricha* etiam floribus dimorphis provenit. Florum maiorum pistilla breviora manent, stigmate medianum staminum breviorum antheram paulo superantes, stigma autem florum minorum basin antherarum staminum longiorum attingens.

12. *H. lapsanifolia* BORB. M. B. L. 1902 p. 269, ie. 3. in p. anteriore.

Perennans. Caule pilis simplicibus ramosisque sparse puberulo. *Folia illis Lapsanae communis* similia, inferiora longe petiolata. *lyrata*, lacinia minoribus utrinque 1—2-nis lateralibus, terminale, veluti caulinis reliqua breviter petiolata, *ovata*, *acuta*, + *obtuse serrata*, aut inferiorne grossius dentata, *utrinque pilis simplicibus furcatisque* inspersa, denique ± glabrata, infraramea basi breviter contraeta, magis acuminata. Inflorescentiae compositae axe breviter atque sparse asterotricho glabratoque, pedunculis calycem glabrum aequantibus aut paulo superantibus, compressis, cum ramulis extus glabris. Flores minores violacei, illis *Malcolmiae maritimae* similes. Ovarium glabrum stigma ceteris relative longius. *Glandulae pedunculares* *adsunt*, petiolares deesse videntur, aut rarae.

Habitat in Dalmatia: in lapidosis frutieosis supra Seagliari prope Cattaro. Maio, 1879 leg. STUDNICZKA. Etiam ad hanc civitatem.

In Albania: in silvis Zrabojna distr. Hoti 11. jun. 1900 (BALDACCI): Iter albanicum septimum, n. 296, siliqua glabra et herba superiori etiam fere glabra.

In Georgia Caucaesica: in umbrosis humidis et in montosis dicionis Elisabethpolis (*H. inodora* Hohen., unio itin. 1834), foliis magis glabratiss, calyce et pedunculis sparse pilosis.

13. *H. pycnotricha* BORB. et DEGEN. M. B. L. 1902, 269.

Biennis, elatior, eglandulosa, tota usque ad siliquam dense *cladotricha*; caule tereti, pilis brevibus simplicibus ramosisque pubescente, haud hispido, superne ramoso, polybotryo; folia inferiora florendi tempore iam decidua, media atque superiora lanceolata, in petiolum brevem contraeta, modice dentata, acuminata, utrinque pilis ramosis canescens, ramealia minora, sed minus diversa. Racemi ebraeati, multiflori, terminales, pedunculo infimo solum axillari, breviter, sed sat dense puberuli, pedunculi graciles,

compressi, calyce violaceo, breviter puberulo, apice barbulato fere duplo longiores, intus pubescentes, extus glabriores. *Flores minores*, violacei, petalorum limbo oblongo aut obovato-oblongo, 7—9 mm. longo, 4 mm. lato, siliquae iuniores breviter pubescentes, denique glabratae.

In Tauriae locis apricis prope praedium Jenisala, 29. Maii anni 1900 cl. A. CALLIER ibidem legit.

Exsicc. A. CALLIER: Iter tauricum tertium n. 541, sub *H. Steveniana* (non DC.).

Syn. *H. inodora* ? M. BIEB. Fl. Taur.-Cauc. II, 123.

H. pyenotricha sine dubio *H. Steveniana* proxima eiusque terreni filia, at ab ea abunde diversa. Caulis enim haud simplex, neque «pilis patulis fere omnibus simplicibus hispidus», folia inferiora — ex pyenotrichia herbae — sine dubio haud «fere glabra» erant, caulinus haud «sessilia, late ovata», neque «dentibus ad basin maioribus subangulata, radicalibus multo latiora», sed breviter angustata, sat aequaliter dentata, neque calyx siliquaeque hispidae, petalorum limbo haud obovato. *H. Steveniana* praeterea ex RUEB. l. c. p. 92 semine maiore reticulato et «pedicello rigido crasso» etc. ab *H. pyenotricha* recedit.

14. *H. obtusa* MOENCH. Meth. Suppl. 1802, p. 86 «petalis obtusis, foliis denticulatis, orato-lanceolatis glaberrimis» *H. alpinæ* Schur. Verhandl. siebenb. Ver. 1853, p. 66, sive *H. glabrae* ej. ibid. p. 65¹⁾ eo magis anteposui, quia *H. obtusa* omnino non semper alpicola, sed saepius culta aut in demissioribus sponte facta, hortis aufuga.

Folia carnosa, superiora summaque basi quidem dilatata, e basi subcordata ovata vel ovato-oblonga, breviter acuminata, *grosse dentata*, sed breviter petiolata. Flores purpurei, calyx glaber.

In nemore insulae Sanctae Margarethae et in planicie Rákos Budae-Pestini, ad Poprád et Gánoc hortis aufuga, in monte Simeonis Oravieae, ad Marilla (CZAKÓ).

In litorali Hungarieo (SADL).

In Croatia: ad Svica, foliis etiam integerrimis.

In Serbia: Zajecar (NIČIC).

In Albania: in umbrosis dumetorum ad ecclesiam Rijoli distr. Scutari (15. jul. BALDACCI: Iter alban. V. 1897, 103).

In Bulgaria: in dumetis montis Kadimlja prope Kalofer (WAGNER: Iter orient. II), in alpe Karlova (HINKE).

Synon.: *H. sp. succulenta*, glabra alp. = *H. Kladnii* SCHUR. Sertum 1853, p. 7, Enum. p. 51. «stigmate capitato» descripta, generi *Hesperidis* aliena.²⁾ In Verhandl. Siebenb. Ver. 1853, p. 66. «foliis utrinque tenuie»-tomentosis, lacunoso crispis», ideoque monstruosa esse videtur.

¹⁾ Non *Hesp. glabra* BOISS. et NOE, Diagn. ser. 2. V. p. 22, 1856, nec ROYLE: Illustr. 1839, p. 72.

²⁾ Siliquas *Sisymbrii strictissimi* saepius *Hesperidis* speciei commixtas inveni.

H. pendula TÉN. in RGHB. Fl. Gerin. excurs. p. 686, DOLLIN. Enum. 12
1842, non DC.

H. matronalis e) *glabriuscula* SCHUR, Sert. n. 218.

H. inodora e) *brevifolia* SCHUR, Phytopogr. 81.

H. inodora g) *albiflora* SCHUR, ibid. 81, fl. alb., non DC.

H. inodora Fl. Dan. t. 921, 924, at icon valde dimidiata.

H. matronalis HAZSL. Ejsz. Magyarh. p. 123, pro parte.

Varietates *H. obtusae* MOENCH.

Cfr. *H. leiosomam* p. 20.

?) *H. moniliformis* SCHUR!. Österr. Botan. Zeitschr. 1858, p. 22,
absque diagn.. Verhandl. sieben. Ver. X. 1859, p. 166, Enum. p. 52,
ex descript. et loco alpium Carpatorum australium.

Ab initio glabra, non decalvata, *foliis lanceolatis*, basi latioribus,
nitidis, longe acuminatis, *argute atque sat crenate mucronato-serratis*,
mucrone revera glandulam formante, breviter (summis
brevissime) petiolatis, sed basi latiore, in circuitu rotundata dentataque
± *amplexicaulibus*. Inflorescentiae axe sparse atque brevissime
puberulo, hinc et inde glabro, pedunculis intus brevissime
puberulis. Flores maiores candidi, calycis apice barbato.

Pedunculi fructiferi semiteretes, crassiores, extus glabri. *Siliquae*
crassiores ac in affinibus, torulosae, glaberrimae, stigma quoque
ceteris brevius.

Habitat in alpibus calcareis ad Barlangliget Tátrae, Rodnae
(*H. nivea* BAUMG. in herb. mis. nation. Budapest, sed descriptioni
contradicens), in rimis ripium Crepatura ad Zernyest (15. jul.
1878 florentem inveni, ibidem 28. ang. 1883 cl. SIMONKAI fructi-
feram invenit; *H. alpina* ej. exsicc., non SCHUR), in montibus elatio-
ribus ad Miháld, Marilla (Barré-tető, fruct. leg. L. RICHTER).

15. *Hesperis nivea* BAUMG. Enum. stirp. Transsilv. 1816, II, p. 278.

Caule pilis densis reflexisque «hirsutissimo, ramoso», canoque:
foliis inferioribus sat breviter petiolatis, ovatis, ovato-lanceolatisve,
utrinque pilis simplicibus densis, maioribus minoribusque asperis,
repandis integrisque, *superioribus ovato-lanceolatis*, sessilibus, *amplexicaulibus* vel rameis brevissime petiolatis, ovatis, argntius dentatis,
sed basi lata *amplexicanibus*, omnibus breviter acuminatis,
«*summissessilibus, amplexicaulibus, ovatolanceolatis, dentatis, hirsutis*». Inflorescentia «*corymboso-racemosa*», cum pedunculis *dense cano-pubescentibus*, pilis reflexis maioribus et minoribus magis adpressis;
«*calycibus pallidis pilosis*», in apice magis barbatis, pedunculo horizontaliter cano-hirto duplo brevioribus. Flores mediocres, petalis
«*niveis svaviter odorantibus, ovalibus, obtusis, integerrimis*». *Oraria*
brviter hirta, dein + *glabrata*. *Glandulae juxta pedunculares adsunt*.

H. nivea in BAUMGARTENII l. c. haud plene descripta, species
mixta esse videtur, nam in herbario musei nationalis Budapestiensis e manu autoris «*H. nivea*» omnino glabra (cfr. n. 14.3) asser-
vatur, cl. G. BECK¹⁾ quoque talem examinavit. At existit herba

¹⁾ Annalen d. k. k. naturhist. Hofmus. X. p. 175.

dēscriptioni (*H. niveae* omnino conveniens in herb. *Kitaibelii* (fasc. 22. p. 164.); ipse quoque exemplaria dēscriptioni convenientia in Hungaria boreali inveni. Haec igitur *H. niveam* veram sistunt, *Hesperis* autem fere omnino glabra ad aliam speciem (n. 14. 3) spectat.

Nomen Baumgartenianum et colore floris, et statione alpina aptissimum. Herba Carpatorum iugis propria.

Habitat infra Jarabam cott. Sohliens., locis fructiosis ad rivum (Krr. l. c.), inter Jasenova et Zólyom-Brézó!, in monte Sztrazsó cott. Trenesén (*H. leucantha* BRANCSIK exsicc., non Schur), ad Barlangliget Tátræ, ibidem ad Késmárki itató et Tátrahajlék (Drechslerhäuschen), in alpibus Rodnensibus et Barensibus (BAUMG. l. c.).

In Bucovina (HERBICH).

Observ. Nota *H. niveae* singularis est: folium sumnum sessile, amplexicaule hirsutum (qua de causa *H. candidam* foliis breviter petiolatis excludi), nec non siliqua pilosa. Pili tamen carpelorum + evanescunt, ideoque *H. carpatica* ZAPALOWICZ, Sprawozdanie¹⁾ 1889, 106—107 foliis superioribus «sessilibus» formam *H. niveae* leiocarpam sistere videtur.

Ad typum pertinet praeterea:

H. umbrosa HERBICH: Stirp. rar. Bucovinae 1853, p. 48.

H. sibirica SCHUR: Enum. 51, ob fructum glanduloso-pilosum.

H. a) albiflora odoratissima SCHUR Sert. n. 218.

Varietates aut subspecies *H. niveae* leiocarpae:

1. *H. leiosoma* BORB., A Kert 1901, p. 458 verbis paucis indicata, efr. icon. M. B. L. 1902 p. 166.

Glaberrima nitens, foliis superioribus basi latiore sessili, haud profunde cordata amplexicaulibus, acuminatis. Inflorescentia glaberrima, pedunculis intus solum puberulis, petala maiora, alba. Foliis latioribus, brevioribusque, haud crebre dentatis, sessilibus, racemo glabro etc. ab *H. mouiliformi* differt.

In monte Kriván vallis Vratnae (BRANCSIK), in rupibus calcareis convallium ad Blatnica cott. Turóc, caule inferiore cum foliis + piloso. (7. aug. 1892 florens), ad Éleskő Dobsinae (CZAKÓ), in monte Khoes ad Lueski.

2. *H. leucantha* SCHUR, Enum. 1866, p. 52 (*H. albiflora* ej. Verhandl. siebenb. Ver. 1853, p. 66, non DC; *H. carpatica* ZAP. vide supra) «caule hispido, foliis sebris» nil nisi *H. nivea* Baumg. glabrior, fructibus glabris.

In valle Straceniensi (CZAKÓ) et in Transsilvania.

16. *H. subsinuata* BORB. M. B. L. 1902, p. 268.

Breviter cauēscēti-pubescens, foliis ovatis, breviter petiolatis utrinque *pilis simplicib⁹* *dense pubescentib⁹*, acutis vel breviter, acuminatis, *sinuato-dentatis*, superioribus ovato-lanceolatis, longius

¹⁾ Akademija . . . w. Krakowie.

acuminatis, basi breviter contractis. Reliqua ut in *H. nivea*, etiam carpella breviter puberula, sed saepius glabra.

Habitat in Alpibus maritimis: Tende, vallée de Riofredo, bois, rare, 10. aug. 1886 (E. REVERCHON: Plantes de Francé n. 235).

17. *H. Vrabélyiana* (SCHUR Phytoogr. Mittheil. 1877, p. 81, pro var. *H. inodora*, quasi *H. nivea* \times *silvestris*).

Foliis oblongis, mediis superioribusque oblongo-ovatis, breviter acuminatis, *basi truncata aut subcordata sessilibus, argute dentatis, utrinque pilis simplicibus dense pubescentibus*, ad margines etiam *glandulis rarioribus* onustis. Inflorescentiae pilis maioribus glandulæ quoque minores, pedicellatae intermixtae. *Flores* in genere maiores, candidi. Peremis.

In monte Tarkó prope pagum Felső-Tárkány, sed jam in comitatu Borsodensi (jun. jul. 1868, VRABÉLYI et BORBÁS).

Foliis argute dentatis, superioribus sessilibus, amplexicaulibus, nec non glandulis sparsioribus *H. silvestri* affinis differt glandulis multo paucioribus, petalis maioribus lamina late obovata (non oblonga veluti in *H. silvestri*), candida etc.

Syn. *H. inodora* b) *Vrabélyiana hungarica* SCHUR. l. c.

18. ¹⁾ *H. Degeniana* BORB. A Kert 1901, p. 456 verbis paucis indicata, M. B. L. 1902, p. 267.

Radice erassissima pereimis, rosulifera, foliis rosularum longe petiolatis, lanceolatis integerrimis. Caule, inflorescentiae axe pedunculisque breviter puberulis, *pilis* ramosis, simplicibusque *etiam glanduliferis* intermixtis. Glandulæ juxtapedunculares adsunt, foliares nullae. *Folia* breviter dense canescenterque pubescentia, *utrinque pilis ramosis simplicibusque*, inferiora florendi et fructificandi tempore iam evanida, cetera basi breviter contraeta, oblongo-ovata, repando-denticulata, *fere integerrima, aut evidentius denticulata*, sensim acuminata, superiora magis ovata vel \pm cordata, sessilia amplexicaulia. *Pedunculi* flore candido breviores, dein magis elongati, *erassuli, circum puberuli, intus etiam glandulosi*. Calyx pallidus, pilosus, praecipue apice barbatus, petala rotunda, integerrima, ungue exerto, siliquæ crassulae, elongatae, torulosae, leves.

Ab *H. Vrabélyiana* foliis minus denticulatis, cladotrichis, caule breviter pubescente, pedunculis brevioribus etc. diversa.

Habitat in Rumelia. In lapidosis alpinis circa lacum montis Mussalla, ex quo Marica fluvius originem dueit, alt. circ. 2300 m. 28. jul. 1892, legit J. WAGNER.

¹⁾ A 370—71. old. jelölt 20 faj helyett itt 18 azért lett, mert a *H. laciniatát* meg a *H. Dauriensis*-t mint sem uem hazait, sem nem balkánit, részletesen le uem írtuk. *H. laciniatum* et *Dauriensem* numeris non notavi: neque enim in Hungaria, neque in Haemo crescit.

Index.

Nomina specierum varietatumque Hesperidis:

- Hesperis adenocarpa* 267.
 var. *adenopoda* 268, 374.
 II. 13.
H. adenosepala 267, 373,
 379.
H. aeruginea Jord. *)
H. alba Mill. 268, 374,
 II. 12.
H. albitflora DC. II. 12.
H. albitflora Schur 376,
 II. 19, 20.
 var. *alpestris* Fourn. II. 15.
H. alpina Schur II. 18.
H. alyssifolia DC.
H. angustifolia DC.
H. aprica Poir.
H. arabisiflora DC.
H. Armenia Boiss.
H. aspera Fourn.
H. aspera DC.
 var. *atropurpurea* Borb.
 346
H. Ancheri Boiss.
 var. *australis* Gris. II. 15.
H. Balansae Fourn.
H. bicuspidata Willd.
H. bituminosa Savi 376.
H. Bottae Fourn.
 var. *brevicuspis* Borb. 268,
 II. 14.
 var. *brevifolia* Schur II. 19.
H. breviscapa Boiss. 164.
 var. *calvata* 268, II. 15.
 var. *campicarpa* Boiss. 308.
H. candida Kit. 268, 374,
 II. 14.
H. candidissima Hort II. 12.
H. cappadocica (DC.)
H. carpataea Zap. II. 20.
H. canescens Rupr. 379.
H. cheiranthoides Patr.
H. cheiranths Pers.
H. cladotrichia Borb. 269,
 374, II. 16.
 var. *Columnae* Ten.
H. crenulata DC.
H. cretacea Adams
H. Cupaniiana Guss.
H. cuspidata Poir.
- H. dalmatica* Fourn. 347.
H. dauricensis Amo 268, 373
Deilosma Andr. 266.
H. Degeniana Borb. 267,
 372, 373, II. 21.
 var. *densifolia* Borb. 268,
 II. 12.
Deserticolae 344.
 var. *desertorum* Vel. 345
H. dinarica G. Beck 267,
 372, 375.
 var. *eglandulosa* Led. 379.
 var. *eglandulosa* Spach,
 II. 12.
H. elata Horn. 267, 373
H. enganea Marsigli II. 12.
H. exigua Mill.
H. flava Ky et Boiss.
 var. *foliiflora* DC. 200.
H. fragrans Fisch.
H. glabra Boiss. II. 18.
H. glabra Royle II. 18.
H. glabra Schur II. 18.
 var. *glabra* DC.
 var. *glabrescens* Schur 268
 II. 14.
 var. *glabrinseula* Schmr
 II. 19.
 var. *glandulosa* Rupr. 379.
 var. *glandulosa* Spach 376.
H. glutinosa Vis. 346
H. grandiflora Sims. II. 13.
 var. *grandiflora* Fourn.
 II. 13.
H. haplotricha Borb. 267,
 375
Hesperidium DC. 265.
H. heterophylla Ten. 268,
 374
H. hieracifolia Vill.
 var. *hirsuta* Schl. et Vuk.
 347
 var. *homochroa* Borb. 345
H. Hookeri Ledeb.
H. hortensis Hall. II. 12.
H. hortensis Pers. II. 12.
 var. *hortensis* DC.
H. humilis Boiss. 164.
 var. *hungarica* (Schmr)
 II. 21.
- H. hyrcanica* Spreng.
H. inodora L. 376.
 var. *integerima* Borb. 268,
 II. 14.
 var. *integrifolia* Fourn.
 (pendula DC).
 var. *integrifolia* Neirl.
 II. 13.
Kladnia Schur 344.
H. Kladnii Schur II. 218.
H. Kotschyana Fenzl
H. Kotschy Boiss.
H. laciniata Georgi
H. lacinata All. 347
H. lacinata Jundz. 379.
H. lacinata Resb. 347.
 var. *lacinata* Fourn.
H. laevigata Auch.-E.
 var. *lanceolata* Fourn.
 II. 13.
Cheiranthus lanceol. Willd.
H. lapsanifolia Borb. 269,
 374, II. 17.
H. lateriflora Sprun. =
 secundifl.
 var. *leiosoma* Borb. 268,
 373, II. 20.
H. leucantha Schur 268, 373
 II. 20.
H. leucoelada Boiss.
 var. *lilacina* Rouy et F.
H. longisiliqua Anch.-E.
H. lutea Max.
H. lyrata Lam.
 var. *maioriflora* Borb. 347
H. majuscula Fourn.
H. matronalis L. 268, 374
 II. 19.
H. matronali-runcinata?
 Schur.
Mediterraneae 346.
 var. *meridionalior* Nym.
 II. 12.
H. microcalyx Fourn.
H. moniliformis Schur 269,
 375, II. 19.
H. montana Clus. 345.
Monticola 266, 369.
H. multicaulis Boiss.

*) Nomen *Hesperidis*, cui numerus paginae non adscribitur, plenitudinis nomenclaturalis causa ceteris inseruimus.

- H. nivea Baumg. 268, 373
II. 19.
H. nivea R. F. II. 15.
H. oblongifolia Schur. II.
13.
var. oblongifolia Fourn.
H. oblongipetala Borb.
268, 373, 379
H. obtusa Moench 269, 374,
II. 18.
H. odora Kit. 376.
var. odoratissima Schur.
II. 20.
H. Orsiniana Ten.
var. ovalifolia Schur II.
14.
var. ovalis Fourn.
var. pachycarpa Borb. 376.
H. pachypodium Fourn.
H. pachyrrhiza Trautv.
H. paniculata Boiss.
H. pannonica Cam. 345.
H. parviflora Schur II. 14.
H. parvula Retz.
H. pendula DC.
H. pendula Ten. II. 19.
var. perlana Borb. 346.
H. persica Boiss.
var. plena DC.
var. piliperda Borb. 374,
II. 15.
H. pinnatifida Michx.
H. podocarpa Boiss.
H. pulchella DC.
- H. pulmonarioides Boiss.
305.
H. pumila Boiss.
H. purpurascens Jord.
var. purpurea DC.
H. pyenetricha Borb et Deg.
269, 374, II. 17.
H. pygmaea (Adams)
H. quadrangula Boiss.
H. ramosissima Desf.
H. renifolia Boiss. et Hoh.
H. reticulata Auch.-E.
H. Reuteriana Boiss. et Huet.
H. rhamphicarpa Boiss.
H. runcinata W. et Kit. 376.
H. rupestris Boiss. et Noë
H. sabanda Rouy et Fouc.
var. scabriarpa Boiss. 347
H. seabrida Boiss.
H. scapigera (Adams) 164.
H. secundiflora Boiss. et
Sprunn. 347
var. semiglabra Borb. 267,
373, 379.
H. sibirica L. 269, 374,
II. 13.
H. silvestris Crantz 267,
372, 375, II. 13.
var. simplex DC.
H. spectabilis Jord.
H. Steveniana DC. 268, 373,
II. 18.
H. suaveolens (Andrz.) 267,
373, 378
- var. suaveolens Schur
II. 12.
var. subruncinata Borb.
267, 376.
H. subsinuata Borb. 268,
373, II. 20.
H. succulenta Schur II. 18.
H. syriaca Rauw.
H. tanricola Ky.
H. Theophrasti Borb. 267,
372, 375, 377.
var. thracica Vel. 375.
H. thyrsoides Boiss.
var. trichogyna Borb. 267,
372, 377.
H. trichosepala Turez.
H. tricuspidata Lam.
H. tristis L. 300, 345
H. umbrosa Herb. II. 20.
H. uncinata Steud.
H. unguinosa Schrauk.
H. unguicularis Boiss.
var. variegata DC.
H. Velenovskyi Fritsch
379.
H. verna L.
H. verna Pall.
H. villosa DC. 346.
H. violaria Lam.
H. violacea Boiss.
H. Visianii Fourn. 347
H. Vrabélyiana (Schur),
267, 268, 372, 373, II.
21.

Kirándulásom a Risnyák-ra.

Meine Excursion auf den Berg Risnyák

Közli : { Dr. Simonkai Lajos (Budapest).
Von : {

Erre a fél-havas hegyre 1902 július végén rendeztem tudományos céjlú kirándulást. Utítársam Smoquina Antal, fiumei illetőségi ifjú és budapesti egyetemi tanítványm volt. Ketten, miként esak egy ember, kiüzdöttük át a kirándulás kellemetlenségeit és fáradalmait.

A Risnyák fél-havas (alhavas) a magyar-horvát Karszt-nak uralkodó, leghatalmasabb hegytömbje. Sziklás tarajának ormai eme hegyvidéken legszakgatottabbak és 1528 m. magasra meredő fő púpjukkal e hegyvidéken a legmesszebbre látszanak ki.

Közete Karszt dolomit. Növényzete az alján bükkös rengeteg, itt-ott az *Abies Picea* (L.), vagyis a jegeugye fenyő esportjaival tar-

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1903

Band/Volume: [2](#)

Autor(en)/Author(s): Borbas [Borbás] Vincenz von

Artikel/Article: [Hazánk meg a Balkán Hesperis-ei. \(Species
Hesperidum Hungariae atque Haemi\). 12-23](#)